

comes de Luchowe paratum obsequium et fidele. Ordinationem, quam frater meus, comes Olricus fecit de bonis et proprietate nostra in Lidere et wenedischen Ordorp, conferens ea ecclesie in Distorp, ratam habeo, ipsaque de connivencia et voluntate mea processit. Ut autem predicta collatio firma persistat ecclesie, peto eam auctoritate vestra stabiliri.

40. 29. Aug. 1232. (Leibniz, Script. II. p. 379 Dipl. Gandersh.). — Urfunde Otto's des Kindes.

Testes: Henricus comes de Lucha, Bernardus comes de Danneberg, Bernardus de Dorstadt, Luthardus de Meinersem.

41. 8. Mai 1233. (Mecklenb. Urfd. I, 416. Westphalen, Monum. III, p. 1479). — Herzog Otto d. Kind urfundet zu Lüneburg.

Testes Henricus de Dannenberge et comes Henricus de Luchowe et comes Guncelinus de Zwerin.

42. 1236. (Riedel, Cod. dipl. VI, 14).

Dei gracia Henricus comes in Luchow et sui heredes omnibus in perpetuum. Ad notitiam igitur universorum cupimus pervenire, quod nos ex hortatione et admonitione venerabilium virorum in Luchow et pro nostrorum remedio peccatorum proprietatem, quam habuimus in villa Wonem, dedimus et assignavimus hospitali sancti Johannis in transmarinis partibus cum omni jure quiete et libere possidendam. Unde ne hoc factum nostrum a nobis aut a nostris heredibus possit de cetero in irritum revocari. . . . , sigilli nostri robur ac munimen apponi jussimus isti scripto. Actum est hoc anno dominice incarnationis 1236 presentibus ministerialibus nostris, domino Borchardo advocato, d. Friderico advocato, d. Rabodoni de sace, d. Sifrido, aliis multis.

43. Um 1240 (zwischen 1237 u. 1245) starb Heinrich II., Graf v. Lüchow.